

2.

remittendus erit. Neque est quod mireris in re flocci, tanti enim principi ignotior est, ut quæm aciem fugiat alijs tam intentam. Familiolam meam, et quos relictos ^{domi expeo} orphanos quos valde tibi commendo, sororibusque et affinis caris, quos valere plurimum opto, usus ipse valetudine minus firmâ, ex quo Arnhemii sumus, sed nunc ad ephimeras, quâ languebam immunis uxorem Zulichem. nescio an solus, et in antecessum, an cum Principe deorsum navigans ex itinere visurus sim. Arnhemii 3. Julii 1633.

Puteani fatum quasi nosces attingi. Vix autem noueris, si recte expendo. Bruxellano nimirum euocatus fuit, ut audacis scripti rationem redderet, quo Wowerius accepto, Seuenbergâ Diestam volavit. Mox Bruxellas tamen cum nunciaretur deforbuisse ibi τὸ ἄριστον τὰν θυετῶν quos nosti

Boddens, Collegii
Iesuitici quod
Trajecti ad Mosam
est, Rectori.

Nobilissime et Amplissime Domine

(180)

Qui compellantibus amicis, et petentibus, quod in manu meâ est, silere prorsus non soleo, tum maxime cum siles cupiam videri responderem et innuere tacitus in potestate meâ non esse cuius gratiâ interpellor. Literas sane nescire velim, quibus ad repulsam abuti cogor. sed quandoquidem hic in re alienâ versor. ecce tandem sine scrupulo proloquor. Excusare se Principem his verbis. speciali Ordinum et recenti mandato vetitum esse quod postulat. Jam flores illos et mihi quidem inter florum floridos libellas, et reliqua tot vestra munera, quibus delector sane, sed non capior, alibi impendite. Non habetur inter Societatis vestræ regulas, inutilibus amicis gratificari. Impendite moneo quâ fructus ferant. Sed de Hugenio interim nihil secius statuere, quam ut muneribus ne inescari quidem solet, ita nec immunem amici deponere, quâcunque is in re usui esse possit.

possit, saluâ temper existimatione et debita perpetuâ patriæ
fide. Tu vir Optime, qui pro insigni humanitate ac
candore tuo capis istas quâ capi decet, plurimum a me
salue ac vale. Haga Com. quò me ad versa valetudo ad
tempus compulit, nunc Dei beneficio in melius versa
ut brevi Principem reuisurus sim v. Non. Sextil.
C1010CXXIII.

Ewendelino

Quas de latitudine Byzantii pridem ad me Golius perscripseras
dix est, mi Ewendelino, cum exscripta manu meâ accepere
nisi me amici fallunt, quorum cura literas curiose commi-
seram. Quas Legatus Ordinum, ipsius manu hic habes.
Conserventur illas literas partim itineris longi intervallo
partim occupationum mearum frequenti turba, partim
denique, cui postquam ad sextam fere septimanam Hagae va-
cavi, nunc demum ad exercitum reversus. Libero me hoc
tam vetusto nomine dum in propinquo sumis, et spatio
non nimis grandi Eburonibus amicos salutem mittimus.
Hâc Deum rogo longâ et continuâ utaris, ut quorum
dix saluam Orbi literato moies, tandem sane videant
præstantissimi ingenii tui partus immortales, nec posthumi
aliorum curâ produci necesse habeant. Quod te Republicæ
causâ ne committas rogo et item tuâ. Meâ semper, ut
me ames. Leodæ in castris 7. Id. Sept. C1010CXXIII.

Tuus.

G. H.

Wilmio, affini.

De Felici nuncio duplici itinere ad me miso, plurimum
tibi, frater optime, debeo: sed parum ceteris amicis,
quorum ab illo tempore nemo est, qui tribus verbis
indignare dignatus fuerit, quo loco res sint puerperæ meæ
charissimæ puerperæ meæ vel infantis, qui hodie tertiam
septimanam mortalibus interest. Tibi siquid obij super-
est, in proposito persistas rogo, et quocumque loci con-
cessero (cras enim hinc discedimus) persequare me
literulis, quæ si valere meos significaverint, etiam in
parcissimos characteres contractæ, amplissimarum
loco erunt vale. Raptinæ Neomagi 26. Octob. 1633.

J. Vander Burgh.

J. Vander Burgh.
G. Hugenius. S.

De Poenio quas proponebas nihili sunt. ille enim hætenus
in vivis est. et verò si ille desierit nihili sicut illa tamen
ob